

Alte Drucke

**CONCIONES || IN EVANGELIA || ET EPISTOLAS, QVAE || per
totam Quadragesima[m] populo in Ecclesia || proponi
solent, è Tabulis F. Iacobi Veldy ...**

Prielee, Gilles vanden

Parisiis, 1567

**FERIA SEXTA HEBDOMADAE SECVNDAE QVADRAGESIMAE, EPISTOLA,
Genese. 37.**

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150295

FERIA SEPTIMA

egere pro vitæ suæ ratione instituenda, aut reuelationibus, aut apparitionibus spirituum. Habemus enim, vt inquit Petrus, firmiorem Propheticum sermonem, cui benefacimus attendentes tanquam lucernæ lucenti in caliginoso loco, 2. Pe. 1. Nunquid enim populus visio- nem requireret pro viuīs à mortuis? Ad legem & testi- monium respiciendum monet Isaias cap. 8. Nam qui ad monitionibus scripturæ non crediderit, nec mortuorū reuelationi credet, quum ea plerunque incerta, & fallax sit: siquidem Angelus Satanæ subinde se transfigurat in Angelum lucis, 2. Cor. 11. Non enim cuilibet, sed ex singulari Spiritus sancti dono, datur discretio spirituum. Si enim hæc ansa præberetur dæmoni, nescio quem nō fidelium ille facilè in suam massam pertraheret. Proinde quisquis Moſen, & Prophetas non audierit, sed per- tinaci animositate resistere verbo Dei peccando etiam contra conscientiam, perrexerit, huic certè nullæ spirituum reuelationes proderūt, nisi ad maiorem obdurationem: vt videns non videat, & audiens non intelligat. Vtuntur aduersarij hoc loco, velut robustissimo ariete, quo pu- tant sese inconcussam Catholicæ Ecclesiæ doctrinam deiicere posse, qua docet sanctum esse & salubre pro de- functis exorare, vt a peccatis soluantur. Sublatis enim, inquiunt, apparitionibus vanis spirituum, intercedant necesse est Papisticæ vigiliæ, preces, oblationes, sacrificia, ac denique quæstus omnis sacrificulorum. Quasi ve- rò hæc sanctissima fidei doctrina imaginariis, & falsis, ac dæmoniis niteretur apparitionibus, ac non potius solido Dei verbo, Apostolorum prædicationi, veteris Ecclesiæ authoritati & consuetudini. Apparitiones ta- men spirituum humanorum è corporibus defunctorum Dei permissu quandoque fieri credit Ecclesia Christi, vt videre est apud Augustinū lib. de Cura pro mortuis cap. 11. lib. de spiritu & anima cap. 29. vbi docet has per diuinam potentiam quandoque certis de causis fieri. Vide etiam lib. 12. de Genesi ad literam cap. 13.

FERIA SEPTIMA HEBDO-

MADAE SECUNDÆ QVADRA-

GESIMAE, EPISTOLA,

Genes. 37.

Dixitque Ioseph ad eos, *Audite somnium meum quod vidi: Putabam nos ligare manipulos in agro, &c. Finis Epistolæ: Fratres meos quero, indica mihi Vbi pascant greges. &c.*

LYRA continet hæc Epistola, quàm qui breui tabella complecti queat: primaria autem videntur esse quatuor.

I Primò, Somnij enarratio innocenti Ioseph diuinitus reuelati, Christi, cuius Typum, & figuram gessit, mysteria sublimia continet, verùm quia litera occidit, spiritus autem viuificat, altius est hæc historia, quam ad Ioseph referenda: præfigiebat quidem hoc somnium ipsi Ioseph regnum, administrationem Regiam, & imperium totius Aegypti, sed ita vt typum tantum gerere veri illius liberatoris Christi, qui non solâ Aegyptum, verùm etiam Syriam .i. gentes & Iudæos, fame verbi Dei periclitâtes pasceret. Exiit enim Deus subinde hac fide Patriarcharum animos, dum venturi Messia, id est, Christi promissionem Abraham, Isaac, Iacob, & Dauidi toties proponit. Nemo autem verius totam œconomiam vitæ Christi, & mysteriorum eius expressit, quàm noster hic Ioseph. quem Pater præ cæteris magis dilexit: nam illi dedit tunicam polymitam, id est, varij coloris: aliâque multa præ cæteris beneuolentiæ signa: eò quòd eum iam senex ex Rachele dilectissima suscepisset, quibus adumbratus est vnicus ille Dei Patris amor, quo filium suum Christum ab æterno dilexit, & dum venit plenitudo temporis, in mundum misit, Gal. 4. vt iuxta Somnij huius interpretationem, vt est Hebr. 1. esset hæres vniuersorum, adorarent eum etiam secundum humanitatem omnes Angeli Dei, thronus eius esset in seculum seculi: & adoraret eum omnes Reges, omnes gentes seruirent ei, per fidem nimirum, & fructum bonorum operum, Psalm. 71. Hæc enim adumbrarunt & manipuli & stellæ Patris, matris, & fratrum adorantes manipulum Ioseph, atque vt hæc somnij simplex enarratio causa odij erga innocentem fuit: ita prædicatione Christi Iudæis scandalum, gentibus autem stulticia,

*Ioseph typus
& figuram
Christi gessit.*

odium Christo confluit.

*Cura patris
Iacob in fi-
lios in pa-
scuis gregum
occupatos.*

2. Secundò, Patris Iacob erga filios in pascuis gregum occupatos cura, quos licet inuidia, & malevolentia erga innocentem cerneret laborare: noluit tamen quenquam meritos negligere, vt nec Pater æternus totum mūdum in maligno positū, & æternę damnationis reū reliquit. Sed filium suum vnigenitum misit in similitudine carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatum in carne, iustitia legis impleteretur in nobis, peccatores vocaret ad pœnitentiã, & ereptos de potestate tenebrarum transferret in regnum filij dilectionis suę. Sicut autem innocens hic ad fratres est missus, ita secundum humanitatem ex Iuda ortus Dominus noster, Hebr. 7. Missus est ad oves quę perierunt domus Irael. Mat. 15. Atque vt horum fratrum inexcusabilis est inuidia, qua erga innocentem exarserunt, ita & de Iudæis meritò cõqueritur Christus, Iohan. 15. dicens, Videunt & oderunt me gratis, nunc excusatione non habet de peccato suo, & locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij circūdederūt me, Psal. 108. Quod verò ablegatus à patre Ioseph, in agro oberrauit, mysticos significat Christum in similitudine carnis peccati, qui dum cum publicanis & peccatoribus māducat, hominum iudicio talis censebatur, Matth. 11. Porator vini, &c. Atque sic placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Verum ne sic quidem excusantur Iudæi. Nā vt fratres Ioseph agnouerunt: ita ipsi edocti per Moysen, Psalmos, & Prophetas, agnoscere Christum potuerunt, nisi excæcati propria malitia fuissent. Imò vt hi videntes Ioseph, dixerint, *Ecce somniator venit.* Ita Iudæi dixerunt, *Hic est hæres, venite, occidamus eum,* Matth. 20. Sed quia iam, iuxta Isaiam cap. 29. miscuerat eis Dominus spiritum soporis, clauserat oculos eorum, & Principes, & Prophetas eorum excæcauerat. Idcirco vt hi fratres (quanquam longè horribilius) offenderunt in lapidem offensionis, & petram scandali.

*Inuidia in
innocentem
exacerbata.*

3. Tertiò, Impiorum fratrum in innocentem inuidia, quam declararunt vestium expoliatione, proiectione in cisternam veterem, & venditione. Ex quibus præter mysterium inuidię naturam etiam profanis hominibus

execrabilem agnoscere licet, quæ nulli equè ac suo nocet auctori. Pugnat enim aduersus domestica decora, vt malit inuidius perpeti mala, quàm, vt habet Chrysost. proximum videre in gloria. Denique vel hinc inuidiæ ferociam videas, quod nec naturam, nec beneficium reuerseat: nam in fratrem, in eum denique, qui visendi eos causa, laborem periculosum suscepit, ferociunt: *Venite, inquit, occidamus eum, & videamus quid produrunt illi sonnia sua.* Sic Christo Dei filio lucem Euangelicam afferenti, & impia ipsorum opera arguenti, Principes, & Pharisei restiterunt, dicentes, Venite, Hierem. 11. mitemus lignum in panem eius, id est, morte turpissima cōdemnemus eum, eradamus eum de terra viuientium, & nomen eius non memoretur amplius: quia, Sap. 2. contrarius est operibus nostris, impropert nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ, & c. Hec cogitauerunt, & errauerunt: excæcauit enim eos malitia eorum. Nam vt horum fratrum concilium pulchrè diuina providentia elusit, ita & Iudæorum conatū de Christo perdendo. Nam Ioseph, dum fratres perdere nituntur, ad Aegypti gubernationem, imperii dignitatem, & Reipublicæ conseruationem promouent: ita Christum dum perdere conantur Iudæi, efficiunt, vt sit caput Ecclesiæ, iudex viuorum, & mortuorū, & Princeps Regum terræ.

*Inuidia
ferocia.*

4 Quarto, Fucus excogitatus humano cōsilio ad euitanda patris indignatione, dū à feris deuorātū falsò asserrunt, & vestes sanguine tinctas ostentant. Atqui pater, spiritu sancto verba eius dirigente, exclamat, *Fora possima*, inuidiā rectè intelligimus, deuorauit filium meum. Sic Iudæi, dum impio crimini prætexit querunt, Reip. tranquillitatem, dicentes, Ne forte veniant Romani & tollāt locū nostrū & gentē, Ioh. 11. iuris patrociniū: Nos legē habemus, & secundum legem debet mori, Iohann. 8. legis zelū: Si nō esset hic homo malefactor, non tibi tradidissimus eum. Intellexit totus vbique diffusus orbis per inuidiam ipsos Christum tradidisse, ac falsis eū testimoniis obruisse, atq; ita in humanā Christi naturā plenitudine gratiæ & veritatis ornatam sauiisse, diuinitate quæ impassibilis est, illaesa perstiterē, sicut Ioseph saluo,

FERIA SEXTA

eius tunica hædi sanguine aspersa est, vt in omnibus vmbra, & figuræ responderet corpus, & veritas. Quia enim sine sanguinis effusione, Apostolo teste, fieri non potuit remissio, omnia nanque mundantur in sanguine: ideo voluit & Christus, non per sanguinem tauro- rum aut vitulorū, sed per propriū introire in sancta san- ctorum, Hebr. 9. vt mundaret conscientias nostras ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti. Neque enim est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, Act. 5. Porro Ioseph ve- ste spoliatus, & in cisterna veteri proiectus, pulchrè my- sterium mortis Christi refert, qui carne spoliatus ad in- feros descendit, vt liberaret eos, qui in tenebris & in vmbra mortis sedebant, vt in sanguine testamenti sui educeret vinctos de lacu, in quo non erat aqua: quem- admodum quod Ismahelitis venditur, adumbrat gra- tiam noui testamenti à Iudæis repudiatam, gentibus esse manifestatam.

FERIA SEXTA HEBDOMADAE SE-
CVNDÆ, EVANGELIVM,

Matthæi 21.

Marc. 12.
Luc. 20.
Isa. 5.
Hier. 2.

*Homo erat Paterfamilias qui plantauit vineā,
& sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular,
& edificauit turrim, & locauit eam agricolis,
& peregrè profectus est, &c. Finis Euange-
lij: Et querentes eum tenere, timuerunt turbas,
quoniam sicut Prophetam eum habebant.*



PARISÆIS propria malitia ita excæca-
tis, vt manifestam veritatem à Christo obla-
tam recipere nollent, Christus horrenda cō-
minatione prædicit eorum excacationem
& reprobationem, qua auferretur ab eis regnū Dei,
& daretur gentibus facientibus fructum eius. Agit ita-
que hoc Euangelio Christus quinque.

Pharisæi
propria ma-
litia excaca-
ti.

1. Primò, Conuincit Iudæos sub metaphora Patrisfa-
miliās, qui plantatam vineam muniuit sepe, torculari,
& turri, id est, legis cognitione, sacrificiorum oblatio-
nibus

nibus, & Angelorum custodia: innumeris erga ipsos collatis beneficiis. Vineam enim Domini Sabaoth, domus Israel est, Isa. 5. Hier. 2. Psal. 79. Quum enim omnes gentes demississet ingredi vias suas, vt est Act. 17. solos Iudæos misericorditer de fornace ferrea, & domo seruitutis, scilicet, Aegypto, Duce Mose, variis portentis, magna Aegyptiorum clade, per mare rubrum, per desertum caelesti alimonia pastos in opimam promissionis terram, fluentem lac & mel, deduxit: quibus ne quid ad felicem Rempublic. deesset, dedit Duces, Principes, Regesque, qui viribus, & armis externam politiam administrarent, ac hostes propellerent, ciues defenderent, religionem tuerentur, idolomaniam prohiberent: quales fuere, Moses, Iosue, Dauid, Ezechias, Iehu, & Iosaphat, & Sacerdotes, Leuitas, Ministros, & Prophetas, qui sacrificiis, oblationibus, precibus, & verbi prädicatione populum Deo reconciliarent, & à recto aberrantem reuocarent, vt Aaron, Eleazar, Achimelech, Isaías, Hieremias, & Ezechiel. Huiusmodi enim fidei colonis & ciuilibus, qui profana tuerentur, & Ecclesiasticis, qui sacrorum curam gererent, Clementissimus hic Pater familiâs hanc Rempublic. elocauit: quibus hoc tantum curæ erat, vt bonorum operum fructus Deo referrent. Sic Iosaphat magistratum ciuilem ad pietatem & Dei timorem prouocabat, 2. Paral. 19. Sic denique omnes Prophetæ totam Rempublic. ad Dei timorem, veram cordis conuersionem, fidem venturi Messia: adhortabantur, 4. Reg. 17.

Vinea Domini domus Israel.

2. Secundo, Iudæos ingrati tudinis, qua, neglectis tantis Dei beneficiis, ordinationi Dei resistebant, & rebellionis arguit, dum ait, *Agricolæ apprehensis seruis alios ceciderunt, alios occiderunt, & alios lapidauerunt, vt Hieremiâ, Isaïam & Zachariam, filium Barachia: aliosque innumeros, Act. 7.* quibus verbis Christus horrendam mentis cæcitatem, qua propria malitia semper resistitur Spiritui sancto, in Iudæis perstringit: qua licet mererentur semel à Deo deseri, atque omnibus acceptis beneficiis priuari: quia tamen eius tanta est erga hominem pietas, & humanitas, qua etiâ auersos vocat, nā consentus fuit semel atque iterum ad poenitentiam, peccatâ

Ind. cor. 12. ingrati tudis

confessionē, & cordis cōuersionem, Iudæos vocasse ministerio variorū Prophetarū, Sacerdotū, & piorū Principum: sed quemadmodū semper rebus desperatis, aut dū ipsi in captiuitate cōstituti, audita Prophetarū predicatione, relapsicerent, misit eis Saluatōrē in Aegypto Moſen, in Aſſyria, Iſaiam, Naum, Ionam, & in Babylone, Eſdrā, Zachariamque. Ita nunquam ſine ſui cognitione, etiamſi ſubinde eam reiicerent, dereliquit Iudæos, nolēs aliquem perire, ſed omnes ad veritatis cognitionem venire. Sed quem Prophetarum nō ſunt perſecuti: quum tamen ipſi apud Deum eſſent, Exod. 19. gens ſancta, regnum Sacerdotale, & populus acquisitionis.

*Chriſtus nū
quam Iudæ
os reliquit ſi
ne ſui cogni
tione.*

3 Tertio, Magnam Iudæorū exaggerat malitiam, qui tantis beneficiis à Deo affecti: ſiquidē ex ſingulari Dei beneuolentia, adoptio filiorū, gloria, teſtamentū, legiſlatio, obſequiū, & promiſſa, vt eſt Rom. 9. ipſorū erant: nihilo tamen meliores ſunt effecti: externa ſiquidem hæc omnia Dei immenſa beneficia, niſi beneficio gratiæ Dei legitimus accedat horum vſus, obſunt magis quā proſunt, nō ex natura ſua, ſed vitio hominū mēte corruptorum. Verū ne ſic quidem deſtitit benefacere Deus. Nunquid enim incredulitas ipſorum fidem Dei enervauit: abſit: eſt enim Deus verax. Quia ergo neque lex, neque Prophetę veros fructus bonorū operum producere in ipſis potuit, quibus remiſſio peccatorū, iuſtiſſimū cario, & ſalus æterna pararetur, miſit clementiſſimū hic Paterfamilias, vbi venit plenitudo tēporis, filiū ſuū, nō vt iudicaretur, vel condēnaretur mundus per ipſum. At que idē inquit, *Forſē verebūtur filiū*: quaſi dicat, Nō dubitādo, ſed quid ipſos facere oporteret inſinuādo: hunc filiū qui verus eſt meorū poſſeſſionū hæres, licet nō mitā in apparatu Regio, & in naturę diuinę maiestate, ſed in ſimilitudine carnis peccati, in forma ſerui, &c. Poterunt tamen, ſi legis, quam habent cognitionem admittant, agnoſcere. Quod ni faciant, ſua id culpa facient.

*Dei Patris
charitas.*

4 Quarto, Singularē Dei Patris charitatē cōmendat, qua miſit filiū ſuū in mundū, & Iudæorū exceſſionem proponit, qua agnitū hæredem nō receperunt, Iohan. 1. ſed malis Ducibus, ſcilicet, auaritia, ira, inuidia, & odio, accēſi, in eū, cui pro tantis beneficiis acceptis liberalita-

tem, amorem, charitatem, & beneuolentiam rependere debuerāt, feruntur infani, nec antē ſquire deſiſtūt, quā-
& heredem eiectum extra vineam: Chriſtus enim ex-
tra caſtra paſſus eſt, Hebr. 13. occiderint, & hereditatem
regni terreni, magna tyrannide inuaſerint. Sed quid ac-
cidit: ut poſſiderent, occiderunt, & quia occiderunt, per-
diderunt. Hæc enim ipſorum fuit contra, Chriſtum con-
iuratio, dum reuerſi ad iniquitates patrum ſuorū, Hier.
11. & Sap. 2. dicunt, Circumueniamus iuſtum, quoniam
contrarius eſt operibus noſtris, grauis eſt nobis ad vi-
dendum. Venite, mittamus lignum in panem eius, &
eradamus eum de terra, morte turpiſſima condemne-
mus eum, &c. Perſtringit itaque Chriſtus obſtinatam
Phariſæorum, Scribarum, & Sacerdotum ſcientiam,
ut etiam inuiti cogereſſent contra ſe ſententiam dice-
re: ſiquidem ea veritatis vis eſt, ut etiam ab improba
mente erumpat. Rogati enim quid huiuſmodi agri-
colis paricidis pœnæ eſſet infligendum. Reſpondent,
Malos malè perdet, & vineā ſuā locabit aliis agricolis.

¶ Quinto, Ut minor illis eſſe excuſatio poſſet de pec-
cato ſuo, ſcilicet, infidelitatis, quo Chriſto, & manifeſtæ
eius veritati reſiſtebant, eos ſcripturis Prophetarum a-
pertè conuincit, oſtendens ſeſe eſſe lapidem reprobatū
ab hominibus ædificatibus, id eſt, à Principibus Sacer-
dotū, Scribis, & Senioribus, quibus Reipublicæ Iudaicæ
erat imperiū commiſſum, ut ſcilicet, ædificarent domos
ſpirituales, ſed per Chriſtū, qui dū ſua iuſtitia, quæ ex le-
ge eſt, ædificiū hoc abſoluere vellēt, nec poterant: venit
Chriſtus, aliis lapis angularis, qui fecit vtrique vnū, ad
Ephē. 2. electus, probatus, & pretioſus. Ut qui credide-
rint in eum non confundantur: item offenſionis, & ſcan-
dali, iis ſcilicet, qui offendunt verbo, nec credunt in quo
poſiti ſunt, 1. Petri 2. Chriſtus enim eſt fidelibus factus
à Deo pater, 1. Corinth. 1. ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio
& redemptio: Ii tamen, quia præmuntur infirmitate
carnis, ut ſæpius etiam ea quæ nolint, agant: quò ſit ut
quandoque etiam ſancti cadant, ut de Petro, & Dau-
de teſtantur ſcripturæ, quibus, ut loquitur Auguſti-
nus, vtilis ſubinde eſt lapſus, ut poſt maiori cautio-
ne vitam inſtituant, tales & poſt amiſſam gratiam

*Chriſtus la-
pis repro-
batus.*

*Chriſtus la-
pis angu-
laris.*

digni essent, qui ea semper indigerent: quia tamen ite-
cadunt, ut super lapidem Christum mancant, ipsum nec
negantes, nec contemnentes, sed potius per fidem ipsum
tenentes. Sic lapsi confringuntur quidem, sed non con-
teruntur, iusti enim si ceciderint, non collidentur, quia
Dominus supponit manum suam: habent enim gratui-
tum Dei auxilium, qui per poenitentiam reseruantur ad
salutem hauriendam ex fonte gratiae Christi. Infideli-
bus autem & haereticis ruina, offensio, & scandalum, si-
quidē ij, non tantum super lapidē cadūt, ut ex humana
peccent infirmitate, sed quia filium Dei conculcant, fi-
dei tesseram rumpunt, charitatem, quae est vinculum
perfectiois, violant, Ecclesiam Catholicā & Romanā,
quae est corpus Christi, turpiter lacerant: hos grauis
illa duplicis contritionis manet sententia, qua à lapide
Christo in iudicio illo supremo conterentur sine spe ve-
niae aut misericordiae consequendae.

*Infidelibus
& haereticis
ruina, offen-
sio & scan-
dalum.*

SABBATO HEBDOMADAE

SECUNDAE QUADRAGESIMAE,

Epist. Genes. 27.

*Quod cum audisset Rebecca, & ille abiisset
in agrum, ut iussione patris impleveret, dixit
filio suo Iacob, &c. Finis Epistolae: Volun-
tas Dei fuit, ut citò occurreret mihi quod vo-
lebam, &c.*



MPLECTITVR hæc Epistola historica
grauissima mysteria de electione Iacob, &
reprobatione Esau, in qua describenda pro-
ponit quatuor.

*Rebecca I-
cob decipit.*

I Primo, Rebeccam diuini adhuc oraculi memorem
muliebri astu, sed quem diuina prouidentia gubernaret,
decipere parentē Isaac senem: oculis caligantē, & lecto
affixum: quē ut intellexit velle Esau iure natiuitatis pri-
mogenito, supremā largiri pro patriæ consuetudine be-
nedictionem, fraudis occasionem pacta, (si tamen fraus
appellari debet quod diuinitus agitur) & Esau feroci,
hispidio, & venatore iussu patris in agrum ad venationē
egresso, euocat Iacob totum mansuetum, lenem, & in